

PJ9021
.H95

LIBRARY
OF THE
Theological Seminary.
PRINCETON, N. J.

Case

Division

PJ9021


Shelf

Section

H95

Book

No.



Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Princeton Theological Seminary Library

<https://archive.org/details/exercitationesae00hupf>

EXERCITATIONES AETHIOPICAE

SIVE

OBSERVATIONUM CRITICARUM

AD EMENDANDAM RATIONEM GRAMMATICAE SEMITICAE

SPECIMEN PRIMUM.

SCRIPSIT

ET ERUDITORUM EXAMINI

SUBMITTIT

D. HERMANNUS HUPFELD

THEOLOGIAE IN ACADEMIA MARBURGENSI
PROFESSOR EXTRAORDINARIUS.

LIPSIAE, MDCCCXXV

SUMTIBUS FRID. CHR. GUIL. VOGELII.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 551

LECTURE 1

LECTURE 2

LECTURE 3

LECTURE 4



V I R O

S U M M E R E V E R E N D O

D. G U I L I E L M O G E S E N I O,

CUIUS AUSPICIIS OPUS SUSCEPTUM
SUBSIDIIS ET CONSILIIS ELABORATUM
INTERVENTU ET CURA EDITUM EST

HASCE STUDIORUM ORIENTALIUUM PRIMITIAS
QUA PAR EST VERECUNDIA

OFFERT

A U C T O R.

P R A E F A T I O.

Ingrato labore desudasse videbor, quod aethiopicam linguam tractandam mihi elegerim; aliis jactantiam quandam suspicantibus, quasi novo quodam et inusitato scribendi genere potius quam docta et subtili disputatione gloriolam captarem, aliis parum utilitatis ex hac lingua in communem usum redundaturum esse statuentibus. Fateor me propterea aliquamdiu tergiversatum esse, cum mihi primum GESENIUS V. S. R. „lumina aethiopica pro illustrando Hebraismo“ (C. B. MICHAELIS exemplo) scribenda mandaret. Sed accuratius cognitâ linguâ praeclaram ejus indolem, tam simplicitate quam constantia insignem admirari coepi, quantumque ex hac non solum ad illustrandam, sed etiam ad emendandam caeterarum dialectorum rationem grammaticam derivari possit intellexi. Interim cum multa se offerrent in ipsa aethiopica grammatica emendanda, duas disserendi partes facere constituebam, quarum prior emendationes aethiopicas exhiberet, posterior lumina aethiopica pro illustranda et emendanda caeterarum dialectorum ratione grammatica. Sed illius mole paulatim crescente, hanc eo lubentius resecui, quod grammaticae semiticae locos potiores, praesertim de elementis longe gravissimum, ex universa caeterarum linguarum analogia illustrandum, denuo ad examen vocare et peculiari opere persequi animus est. Ut tamen quid de caeteris dialectis sentirem quodammodo significarem, harum exempla aethiopicis paulo copiosius subjunxi. Rationem in plerisque secutus sum orthoepicam, h. e. a sonis linguae, non, ut fieri solet, ab orthographia petitam; quae quatenus vera sit, et quantum in omnibus linguis valeat, videant judices periti. Eandem quodammodo viam ingressus esse videtur G. SEYFFARTH, cujus librum quaestionum gravissimarum plenum de sonis graecae linguae genuinis (Lips. 1824) doleo tardius nactum me esse, quam ut singula accuratius perlustrare et cum meis conferre possem.

In emendando ita versatus sum, ut brevitatis studio sententiam meam simpliciter proponerem, tabulari, ubicunque licebat, formâ, rarius demonstratione et refutatione usus. Eodem modo observationes philologicas passim inspersi, quae ut sint nonnullae festinatae, ita tamen examine ulteriore forsitan non indignae. Quodcunque peritorum iudicium erit, promptum et intrepidum ad difficillimas quasque quaestiones ingenium agnoscent. Si rem viribus meis aut studiis majorem aggressus esse videbor, certe vires in magnis exercuisse juvabit. Quod LUDOLFUM petiverim, nec laudi huius viri, qui laude mea est longe superior, quicquam detrahere potest, nec arrogantiae mihi quemquam versurum esse spero.

EXERCITATIONES CRITICAE AD EMENDANDAM RATIONEM
GRAMMATICAE AETHIOPICAE.

LIBER PRIMUS.

D E E L E M E N T I S.

(LUDOLF gramm. lib. 1.)

CAP. I. *De literis et sonis singulis.*

§. 1. *De literarum figuris et nominibus.*

(LUDOLF. cap. I.)

1. **D**iscrepans literarum figura diu originem semiticam celare poterat. Itaque LUDOLFUS (Comm. ad hist. aeth. p. 60) nec cum hebraicis nec cum cuficis ullam similitudinem deprehendens, ab ipsis Auxumitis, priusquam Arabes ullas habuerint, respectis tamen et samaritanis et graecis*), eas inventas esse statuit. Seriores, quorum recensum habes apud Koppium**), *graecam* potissimum originem urserunt. Inter quos GESENIUS primus originem *phoeniciam* intelligere coepit (*Hallische Encyclop. s. vv. Aethiopische et Amharische Sprache*), donec KOPPIUS l. c. explosa penitus recepta opinione singulas literarum figuras a phoeniciis antiquissimis derivandas esse evinceret. Ad quarum originem perspiciendam — id unum addere liceat — hoc

*) *Histor. aeth. 4, 1.* Sed postea sententiam (§. 322), cum sententiam illam Ludolfo abjudicantem quodammodo mutasse videtur, *graecam* originem perstringens Comm. p. 555, quem locum

solum respexit KOPPIUS (*Bilder und Schriften II*, MURRAY ad Bruce Travels Vol. II. p. 402. **) *Bilder und Schriften* l. c. ubi addendus est

imprimis tenendum esse videtur, Aethiopes ad *coni* figuram (quam etiam tecta et templa eorum referunt, auctore Brucio) alphabetum primitivum refinxisse, indeque a) modo literarum situm mutasse, ut \mathfrak{M} pro Ψ , quod a \mathfrak{u} facile derivatur, \mathfrak{h} pro Ξ , \mathfrak{A} pro \angle , et forte etiam \mathfrak{A} pro \circ , modo b) scapum rectum curvasse et ad basin usque reflexisse, ita ut pleraeque superne clausae essent et duobus quasi cruribus fultae. Hac ratione etiam \mathfrak{A} , quod derivare non ausus est Koppius, a phoen. \mathfrak{V} repetendum esse censeo, ut nempe recurvato scapo uncinus ille, qui in phoen. figura dextro lateri appositus erat, capiti imponeretur.

2. Sed graphicis pro vetustate alphabeti aethiopici argumentis accedit aliud, quod non minus grave mihi videtur, a *nominibus* literarum petitur, quae merito huc jam retulerunt Gesenius l. c. et Koppius (§. 325). Haec enim neque ex graeco alphabeto, neque, quod majus est, ex arabico vel syriaco, qualia nunc habemus, sed ex hebraeo vel potius phoenicio primitivo repetenda esse patet. Nam si nominum cujusque alphabeti ratio expenditur, syriaca quidem ex hebraicis constanter fere secundum syriacam pronunciationem ficta*), arabica plerumque mutilata et quasi usu attrita deprehendimus: aethiopica vero sincera pleraque et nativa, et ipsis hebraicis non raro simpliciora, nonnulla ab hebraicis discrepantia sed ejusdem significationis. Jam ut singula videamus

1) *primitivam saegolatorum* (ut vocant) *formam*, in hebr. saepius productam, in syr. et arab. varie depravatam, longe plurima servant.

Alph \aleph , \aleph , ex quo hebraicum \aleph productum est. *Geml* \aleph = \aleph , camelus (ex quo graecum $\gamma\alpha\mu\mu\alpha$ eliso λ pro $\gamma\alpha\mu\lambda\alpha$), hebr. vera \aleph corruptum ex \aleph vel \aleph (quemadmodum fere \aleph ex \aleph). *Dent* pro Delt ex nota utriusque liquidae permutatione = \aleph (graec. $\delta\epsilon\lambda\tau\alpha$) ex quo productum hebr. \aleph . *Zai* (sine dubio \aleph formâ \aleph) = \aleph , *Zai* (*Gesenius Gesch.* etc. p. 168), quae forma sane ex hebr. \aleph corrupta esse videtur, sed antiquissima tamen (etiamsi graecum $\zeta\eta\tau\alpha$ non inde desumptum sit, quod potius a forma aliqua \aleph derivandum esse videtur, cf. \aleph a \aleph). *Haut* = \aleph sepes a \aleph , unde etiam \aleph , mutato Vau in Jod. *Harm* = \aleph , \aleph , claustrum i. q. \aleph . *Tait* = \aleph , serpens, unde contr. \aleph . *Saut* et *Sât* ignotae quidem sunt significationis, formae tamen analogae. *Sawe*, *Vawe*, *Lawe* falso pronunciata videntur pro Tau, Vau, Lau ex \aleph , \aleph , \aleph .

2) Alia formâ ab hebraicis discrepant, sed *significatione mire analogâ* sunt. Sic *Hoi* forte eodem modo technica appellatio, indicando spiritui inserviens habenda est, ut *He. Jaman* = \aleph , \aleph , *dextra manus* bene convenit cum Jod \aleph , quod sine dubio i. q. \aleph (ut \aleph juxta \aleph Gesenius l. c. p. 169). *Nahas* = \aleph , [serpens convenit sensu cum \aleph , pisci.

*) Similis ratio graecorum ex hebraicis, confere paragoge aramaea *GESENIUS Gesch. der hebr. tractis etiam diphthongis* (ut $\beta\eta\tau\alpha$, $\theta\eta\tau\alpha$ ex \aleph , *Spr.* p. 170. \aleph , quae contracta ex \aleph traducta, addita

Imprimis vero notabile *Aph*, ḤḤ, os = ḥḥ, ex quo corruptum ḥḥ. Haec tria quoniam integra sunt in aethiopico et perspicua, egregie faciunt ad illustrandam vim nominum hebraeorum obscuriorum.

Quodcum igitur nomina literarum aethiopicarum antiquissimam et primitivam fere formam gerant, figurae autem ex primitivis non magis corruptae sint, quam in reliquis dialectis, non dubito statuere, *alphabetum aethiopicum origine longe antiquius esse non solum arabico et syriaco, sed vel hebraico, quale in libris nunc usitatum est.*

Nota. Mirabiles sunt literae ejusdem soni geminae Ḥ et Ḥ, Ḥ et Ḥ, quae in alphab. primitivo simplices inveniuntur. In promptu est, cum Ludolfo haec referre ad Arabum literas punctis diacriticis diversas ح et خ, ص et ض. Sed obstat, quod puncta diacritica multo post inventa sunt (SILVESTRE DE SACY memoire sur l'origine etc. de la litterat. parmi les Arabes. Paris 1803 p. 71 sqq.) Jam vero si statuas, has literas serius ex punctato Arabum alphabeto adscitas esse, iterum obstat, tum quod in libris Aethiopum multo illa aetate antiquioribus jam deprehenduntur, tum vero quod non credibile est, aliunde adscisci literas plane inutiles. Itaque rem aliter expedire nescio, quam statuendo, literas illas, prius etiam quam punctis diacriticis discernerentur, in vetere Arabum alphabeto diversas fuisse sono et figura, Aethiopes vero, qui unum tantum sonum (Haut) acceperant, novo invento nomen synonymum (Harm = Haut v. supra) indidisse.

3. Jam igitur ut universe *de artis scribendi apud Aethiopes primordiis et usu* quid sentiam, eloquar (siquidem in rebus incertis probabilia quaedam et minus comperta afferre licet), haec tria mihi statuenda esse videntur: 1) *scripturam aliquam jam antiquitus h. e. ante christianae religionis cognitionem, apud Aethiopes exstitisse, argumentis supra allatis. Eamque* 2) *ab Himjaritis traditam esse, a) quia gens ipsa ab Himjaritis oriunda esse et antiquioribus jam temporibus transfretasse cum Ludolfo Comm. ad hist. aeth. p. 37 sqq. censenda est*),* cujus rei fidem praeter argumenta a Ludolfo allata mihi maxime faciunt tum traditiones utriusque gentis antiquissimae, tum quae V. T. de Cuschaeis habet; suadente insuper ipsa re, Arabes jam antiquitus in litore opposito coloniam habuisse (cf. Sabae ap. Strabonem et Ptole-

*) Non audiendus est MANNERT, qui populum nec in lingua nec in memoria populi ullum reman- ab Aegyptiorum profugis oriundum linguam Him- jaritarum, quos subjecerant, didicisse ait, graecâ sit vestigium; c) versiones biblicorum et patrum a in desuetudinem versâ (*Geogr. v. Afrika* p. 149); sec. inde 4to factae ex graeco probant, jam tum, cum Himjaritae vix parere coeperant (si mo- numentum adulitanum sequamur), aethiopicam linguam in usu fuisse. subjecta eaque transmarina linguam novam impor- tari, eamque tam diversam; b) aegyptiacae originis

maeum, MANNERT l. c. p. 51. 126.) b) quia Himjaritarum scriptura apud scriptores arabicos celebrata (سند) aethiopicae simillima fuisse a nonnullis traditur (SILVESTRE DE S. memoire p. 9 sqq.) c) phoenicia scriptura non facile ad Aethiopes pervenire poterat nisi per Himjaritas, qui a Syriae et Mesopotamiae populis eam accipere poterant. (SILVESTRE DE S. l. c. p. 51 sqq. gr. arab. §. 7); accedit quod aramaei characteris, qualis est in inscriptione carpentoractensi, vestigia plurima deprehenduntur in alphabetho aethiopico (KOPP l. c. §. 359). Quae autem Nipcephorus et Philostorgius (a Koppio §. 358 et Silv. de S. p. 20 citati) de coloniis syriacis ab Alexandro Magno Africam deductis tradunt, ea, de Africa certe, non verosimilia esse, jam Ludolfus (dissert. gramm. aeth. praefixa) merito iudicabat. 3) *scripturam* tamen, nisi forte in inscriptionibus, *prius fere non adhibitam, post acceptam demum a Graecis religionem christianam in frequentiore usum venisse et in hanc, quam nunc habemus, formam redactam esse.* Hoc a) vel caeterorum antiquitatis populorum exemplum suadet, quibus scribendi ars, quamvis non incognitam haberent, non in usu fuisse videtur, antequam libros sacros aut magnos aliquos auctores nanciscerentur: siquidem carmina et historias potius auribus quam literis tradebant, magistratibus ipsis non raro arti a vulgo exercendae invidentibus atque edictis caventibus (cf. quae de Himjaritis narrat Ibn Khilkan ap. SILVESTRE DE S. l. c. p. 13 sqq.) b) antiquioris illa aetate literaturae neque apud Aethiopes neque apud Himjaritas ipsos ulla memoria exstat, exceptis quibusdam inscriptionibus. Vide SILV. DE S. l. c. p. 21 sqq. 33 sqq. contra quem non cum KOPPIO (§. 353) ad Diodori et Heliodori testimonia provocaverim, tum quia graeci scriptores de Aethiopibus, quorum nomen latius patebat, quam Habessinorum nostrorum, mirabilia quaeque referre solebant (Diodoro etiam et Plinio non exceptis), tum vero quia Aethiopum legati apud Diodorum apprime graecis literis imbuti, philosophos magis agunt quam rerum domesticarum testes; accedit, quod eorum testimonium communi Graecorum sententiae adversatur, qui uno ore tradunt scripturam ab Aegyptiis ad Aethiopes transiisse. c) quantum autem ex illo tempore graecae literae in aethiopicas valuerint, tum ex innumeris Graecorum nominibus ac vocabulis in linguam aeth. receptis plurimisque scriptorum graecorum versionibus intelligitur, tum vero ex ipsa alphabethi indole. Alia enim manifesto a Graecis desumta sunt, ut literae Pait et Psa, et figurae numerorum ex graecis literis corruptae; alia satis probabiliter ab iisdem repetuntur, velut ordo scribendarum literarum a laeva ad dextram procedens, qui quamquam in Oriente non inauditus, tamen Semitis non usitatus (nisi scriptorum arabicorum fide hoc Himjaritis tribuere velis), atque apud Aethiopes eo magis mira, quod nonnullae literae ad laevam spectant, ut \aleph , \beth , γ , eundem prius in scribendo ordinem fuisse significantes (cf. KOPP l. c. §. 323). Denique *vocalium* quoque *notas* hoc tempore et ad Graecorum forte exemplum inventas esse, quamvis ratione a graecis diversa, infra probabitur §. 3.

§. 2. De potestate literarum.

(Ludolf. gramm. cap. 2.)

1. De *pronunciatione universa* monendum est, Habessinos hodiernos genuinam ejus notitiam, ex quo loquendi usus sublatus est, dedidicisse (LUDOLF. praef. lex. aeth.). Degenerasse autem jam antiquissimis temporibus, quibus lingua scribi coepit, pronunciationem, ex ipsius linguae ratione grammatica deinceps exponenda elucet. Imprimis a) *gutturalium* pronuntiatio degeneravit et quasi enervata est, ita ut ex quinque gutturalium sonis Graecorum instar duplicem tantum spiritum tenuerint, lenem in Ḥ et Ṫ, asperum in Ḥ, Ṫ et Ṫ, quem utrumque promiscue fere usurpant, quemadmodum apud Samaritanos et Zabios factum esse videmus. Non autem apud Habessinos ipsos emollitam esse gutturalium pronuntiatioem, sed aliunde antiquitus tralatitiam, tum ex universa indole et terrae montibus asperae et populi moribus feri probabile fit, tum vero ex pronuntiatione caeterarum gutturalium tam rauca et impedita, ut extero ad multa vocabula plane obmutescendum sit, ut ait LUDOLFUS hist. aeth. 1, 15 et praef. gramm. amhar., quippe quam de suo addiderint. Deinde etiam b) literarum Ṫ et Ṫ pronuntiatio et usus promiscuus corruptionem prodit. Nam cum Ṫ cum hebr. Samech congruat, Ṫ vero cum Schin, sequitur, hanc primitus sonasse sch, illam vero s, adeoque sonum sch in lingua aeth. deperiisse, id quod sine dubio ab Himjaritis traditum est, quoniam sermo popularis hunc sonum sibi vindicavit Ṫ. Neque hoc ab aliarum linguarum usu abhorret, in quibus sibilans densior sch paulatim in tenuiorem s abiit. Nam phoen. Ṫ primo tantum sch sonasse, tum ex nomine Schin apparet, quod est ex Schen Ṫ, dens, tum vero ex syriaco alphabetho, ubi solum schin exstat, non Sin. Accedit, quod cum s jam expressum esset literâ Samech, non probabile est, duplicem figuram eidem sono tributam esse. Postea autem eam simul s complecti videmus, in multis vocibus s pro sch assumto, cf. notum illud *sibboleth* pro *schibboleth* Jud. 12, 6. Arabes pro hebr. Ṫ plerumque s substituunt. Graeci primo duplicem literam s habuerunt, Σιγυα = Samech, et Σαυ = Schin, quae posterior primitus sch sonasse putanda est, deinceps mollitis Graecorum instrumentis cum densior hic sibilus in s attenuatus esset, mox plane ejectus est, ut inutilis, et Σιγυα substitutum. Quod nomina propria ṪṪ et ṪṪṪ ab auctoribus quibusdam Scheva et Schuaken scribuntur, id a vulgari i. e. amharica lingua repetendum est, in qua prius certe per Ṫ scribitur, neque Ludolfus inde colligere debebat, Ṫ olim sch sonasse. Hoc illi ita fraudi fuit, ut in vocibus hebraeum Ṫ habentibus Ṫ ponere non dubitaret, pro Ṫ autem Ṫ, quod prorsus contra se habet (KOPP §. 527).

2. Singulare quid Aethiopes amant in *literis quibusdam palatinis et gutturalibus* Ṫ, Ṫ, Ṫ, quarum sonum ut pleniorum et rauciorum reddant, *u obscurum e gutture depromptum addunt* (quasi gutturalium defectum sic compensaturi). Quoniam sic cum sequente vocali ef-

ficatur vocalis duplex, male Ludolfus hanc rationem diphthongis accensuit, adeoque has *vsras* s. per se diphthongos esse statuit, *au*, *ai* etc. vero non nisi per accidens, quod plane contra se habet. Eandem plane rem habemus apud Latinos, *qu* et *gu* sequente vocali ponentes pro *c**) et *g*, ut *quum* pro *cum*, *loquutus* pro *locutus*, *exstinguo*, *lingua* pro *exstingo lingua* (a *lingo*, *λινγω*) cf. hujus permutationis exempla apud KOPP. tachygr. vet. p. 267 — 70, nec non apud Italos, ut *quando* pro *quo* gall. *quand*, *guardia* gall. *garde*; apud Hispanos *Quadalquivir* = *وَادِي الكَبِيرِ* (*quivir* pro *Kebir*) adeoque apud nostrates ipsos, cf. *bequem* = *kommlich* apud Suevos, *quamen* apud Germanos inferiores pro *kommen*.

§. 5. *De vocalibus.*
(Ludolf cap. V.)

Vulgo putatur in aethiopica lingua vocales non alias exstare, nisi quae illis literarum inflexionibus vel virgulis annexis significantur, easque notas non adscitas sed literis ipsis coevas esse. Sic imprimis SILVESTRE DE SACY**), qui tritam illam apud arabicos scriptores scripturae himjariticae appellationem *سَمَاء* (ligata) de vocalium notis annexis interpretatur (l. c. p. 50 sqq.). Scilicet is cum universae scripturae aeth. originem ad viros quosdam graece doctos referret, vocales quoque mere graecas esse a semitica indole plane abhorrentes statuit. Verum enimvero intellecta post KOPPIUM literarum aeth. origine phoenicia eaque antiquissima (v. supra §. 1) non ad grammaticum quendam referenda, rejicienda illa sententia mihi his fere rationibus videtur: 1) valde improbabile ne dicam absurdum esse videtur, populum aliquem, non, ut caeteri, viginti et quod excurrit literarum figuris contentum, supra ducentas, in amharica vero supra ducentas quinquaginta excogitavisse. Id quod mihi plane ab illorum temporum simplicitate abhorrere, et grammatici cujusdam artificio tribuendum esse videtur. 2) accedit, quod in inscriptione illa, quam SALT (p. 581 germ. vers.) exhibuit, simplices literarum figurae sine ullis inflexionibus et notarum additamentis comparant; 3) si a graecis desumptae essent vocales, graecarum quoque *figuram* sine dubio mutuatae essent, ut syriacae, at hoc longe secus est. 4) comparatio, quam instituit SILV. DE S. l. c. p. 36, falsissima est, ut mireris tantum virum in talem errorem incidere potuisse. Nam quantum abhorreat η ab \tilde{a} brevi primi ordinis, ω ab u , ε ab \tilde{e} longo, o ab \tilde{o} longo, primo obtutu patet. Longe speciosius primum ordinem cum \tilde{a} brevi, secundum cum ov , quartum cum \tilde{a} , quintum cum η , septimum cum ω comparaveris. Verum et sic similitudo quam maxime clau-

*) *qu* enim ex orientali Kuf ortum esse constat (MONTFAUCON palaeogr. p. 132. 568), unde si a relinquo, extinctus ab exstinguo (pro exstingtus, ut lectus pro legtus).

**) LUDOLFUS de ea re nihil habet; quam hist. aeth. 4, 1: auctorem literarum aeth. has ex ingenio suo *recipiendis vocalibus* formasse. E quibus certe patet, eum vocalium notas simul cum literis inventas esse putasse.

dicaret, quoniam desiderares vocales breves *ε*, *ο*, *υ*, quas Aethiopes uno ordine sexto expriment. 5) etiamsi vero quam maxime congruerent figura et sonus, nihil inde pro ipsa earum indole ac ratione efficeretur, ut vel ex hebraicae et syriacae linguae exemplo videre licet, quarum altera sonos fere omnes, altera figuras certe habet cum graeca communes, ratione tamen diversissima. Ut enim graecae et caeterarum linguarum vocales sunt fere fortuitae (accidentales), ita semiticarum, earum certe, quae literis scribuntur s. longarum, ratio firma et certis legibus adstricta est, ut suas et certas quaeque forma vocales habeat. Idem in aethiopicis obtinere, ex vocalium canonibus infra patebit. Quod autem SILVESTRE DE S: literarum *quiescentium* defectum*) exprobrat, hoc tum falsum esse videtur, nam et gutturales in fine syllabarum mutae esse h. e. quiescere solent, et *ϕ* interdum post vocalem *i* manet, ut *ϕ* (LUDOLF canon IV. et IX., not. 2.), tum vero adeo non vitio vertendum orthographiae aethiopicae, ut potius laudandam esse censeam, quod hoc vitio careat, quod tantum erroris ac molestiae peperit studiosis grammaticae semiticae.


Quae cum ita sint, non dubito cum KOPPIO §. 35. 323. 337 statuere, vocalium notas nunc in scriptura aeth. usitatas serius adjectas et primitivis vocalibus substitutas esse.

2. *Primitivae* autem vocales, ut mihi videtur, sunt *⊙* et *Ⓟ* h. e. *u* et *i*, quas duplicem et vocalium et consonarum vim habere, ut in caeteris dialectis, in promptu est. „Siccine vero vocalis *a* omnium longe usitatissima, primitus defuisse putanda est?“ Minime vero, sed duplici ratione eam adfuisse censeo. Primum, quod HEZELIUS (*paläogr. Fragm.* p. 10) de semiticis diall. universim egregie animadvertit, haec vocalis Aethiopibus adeo erat frequens et fere dominans, ut ubi non esset *u* vel *i*, ibi *a* pronunciandum esse vel non apposita nota liqueret. Habes hujus rei in ipsa scriptura aethiopica testimonium luculentissimum. Figura enim literarum primitiva et simplex, nullis vocalium notis aucta, cum vocali *ä* efferenda est, quod non obscure arguit, hanc vocalem, ut ratione physiologica est omnium quasi fons ac principium (v. BOECKHIUM in DAUB u. CREUZER *Studien* 4, 376 sqq.), ita in aethiopico idiomate primariam ac praevaletentem fuisse. Deinde imprimis *gutturales*, quoniam eodem oris rictu efferuntur, in omnibus diall. sem. non solum ad vocalem *a* pronas fuisse, sed etiam frequentissime spiritu omisso hanc solam sonasse constat, ut commode dixeris, gutturalem esse vocalem *a* aspiratam, sed frequenter spiritu suo privatam (quod in mediis vocibus fieri solet, v. infra §. 4). Cf. *قَرَح* Kara (JAHN *arab. Sprachl.* §. 8), *يَحْسَب* jahhseb (pro ihhseb), *عَيْد* aid, *دَعَى* daah (SILVESTRE DE SACY *gramm. ar.* §. 7); in hebr. gutturales vocalem *a* sonare

*) KOPPIUS §. 323 literas vocales aethiopicae non absurde fieri possit, non intelligo, quum nullo scripturae exprobratas esse dicit, quod quomodo lae vel certe admodum raras conspiciantur.


solent, vel ex alia vocali conversum, vel furtivum, vel Chateph Patach (GESENIUS *Lehrgebäude der hebr. Spr.* §. 58, 2. 3), cf. זָרַע sera = זֶרַע , בַּעַר pro בְּעַר , קָרַמוֹן LXX *Ἀερωον*; in syr. } et ܐ vocalem sibi adsciscunt *a* vel *e* (MICHAELIS gramm. syr. §. 33), in Zab. vocalis *a* ex Aleph desumta est (KOPP §. 312); cf. etiam literae nostrae nomen *ha*, cum caetera omnia *e* habeant, ut *be*, *ge* etc.

Ita tres vocales primariae in scripturae aeth. deprehenduntur: *a*, *i*, *u*. Totidem apud Arabes (آ , ا , ى), Syros (ܐ , ܝ , ܘ) et Zabios (ܐ , ܝ , ܘ , sed caeteris literis annexae, egregium exemplum, vocales semiticas primitus literas fuisse, deinde ad notarum quasi gradum depressas et attenuatas esse). Atque hae in omnibus fere linguis, ex humanae vocis legibus, sunt primariae et quasi fundamentales, ut si ambitum humanae vocis trianguli imagine describas, hae cornua efficiant,



caeterae medium spatium occupent, v. BOECKH. l. c. p. 376 sqq.

His primitivis aliae duae accedunt *e* et *o*, ex primitivis *i* et *u*, vel soni inflexione et variatione in omnibus fere linguis obvia (cf. BOECKH. l. c. p. 379 et de latina MONTFAUC. palaeogr. p. 592. KOPP tachygr. vett. p. 265 sqq.), vel contractione ex *ai* et *au* (medium quippe spatium occupant *e* inter *a* et *i*, *o* inter *a* et *u*), vel denique flexione grammatica ortae. Hae antiquitus sine dubio pronuntiatione tantum, non scriptura exprimebantur, quemadmodum caeterarum linguarum scriptura plurimas vocalium variationes ignorat (veluti cum Arabes scribunt يَوْم , يَوْم , multi autem dicant, *bet*, *jom*, vel vice versa Judaei nostrates scribunt יּוּם , pronunciant *jaum*): sed procedente tempore inventis vocalium notis, etiam hae posteriores notis donatae sunt, ut quinque vocalium numerus efficeretur, plane ut apud Hebraeos. Mire hoc convenit cum graecarum vocalium longarum ratione, quarum tres sunt primariae \bar{a} , \bar{i} , \bar{u} , duae adventitiae η , ω . Unde hoc schema auctum prodit



v. BOECKH l. c. p. 380. Ut hoc Hebraeis, Aethiopibus, Graecis in usu erat, ita illud simplicius Arabibus, Syris, Zabiis, ut qui diphthongos non contraherent (scribendo certe), sed aut retinerent, aut commutarent cum \bar{u} et \bar{i} .

„At sic brevium vocalium nulla habetur ratio, quae tamen vel frequentiores sunt longis, quasque non probabile est unquam literis scriptas esse.“ Sane hoc fatendum videtur, Semitas brevium vocalium in scribendo nullam rationem habuisse, sed legentium arbitrio vel loquendi usui permisisse, quod satis mirum videri debet. Verum in hoc genere tamen cavendum est, ne

ad occidentalium linguarum rationem omnia exigas. Ac primum quidem jam observatum est, sonum *a* et qui huic affinis est *ae, e*, longe caeteris frequentiore ac fere dominantem esse, ita ut hunc notâ signare necesse non haberent. Deinde vero vocalium praesertim brevium, sonus apud Orientales obscurior est et tectior, qualis fere nostro tempore apud Anglos, ut ex brevibus primum *a* et *ae*, deinde *i, e; u, ü, o, ö* promiscue fere enunciarentur. Cujus rei documentum habes non solum in Arabum Aethiopumque*) pronuntiatione, sed etiam in orthographia aethiopica, quae inventis vocalium notis uno ordine sexto, si primum excipias, omnes vocales breves exprimeret.

3. Haec igitur vocalium aethiopicarum ratio antiquior. Sed temporis decursu (sub allatae christianae religionis tempora id factum esse, conjicere licet) his substitutae notae, lectionis facilitati et veritati consulturae, quemadmodum in caeteris dialectis factum videmus; hac tamen utriusque scripturae diversitate satis notabili, quod istae literas vocales, quamvis substitutis earum notis inutiles, servandae etymologiae causa, retinerent (*quiescere* lepide vocantes), aethiopica vero tanquam inutiles ejiceret, brevitatis quam etymologiae studiosior, verum ita monstrum literarum quiescentium a grammatica aethiopica avertens. Ita cum praeter tres primarias *a, i, u*, duae simul mixtae *e, o* notis donarentur, numero quinque factae sunt, eaeque *longae*, quarum schema supra exhibuimus. *Breves* vocales, quarum rationem tectiorem esse diximus, praevalente tamen *ě*, si Gregorio Amharensi fides, *una* tantum nota donaverunt, quam Ludolfus in sexto loco posuit, cum in ultimo ponendus erat.

4. Restat ut de hoc *sexto ordine* accuratius exponam, cujus rationem LUDOLFUS, pro more ad scriptionem literarum non sonum ipsum omnia revocans, praeceptis suis potius obruit et impeditiorem reddidit, quam illustravit. Difficultas inde oritur, quod eadem forma triplicem vim habet: nam non solum 1) vocalem brevem indicat, sed etiam 2) imperfectam vel furtivam, cum Schevate mobili Hebraeorum fere convenientem, denique 3) vocalis absentiam s. Scheva quiescens. Quid autem horum trium quoque loco significetur, ex syllabarum ratione diligenter repetendum est, plane ut apud Hebraeos. Ac

1) quidem *vocalem brevem* significat, si in *syllabae initio* compareat, *sequente consonante muta* s. vocali carente. Hoc accidit vel a) in principio vocis, ut $\cdot\text{ጥገር}$, tegbar, vel b) in media voce, ubi nova syllaba incipit h. e. praecedente aut consona muta (geminatae cujusque primâ) aut vocali longa, ut ደግ|ገል dengel, ቀደስ Kad|des, ሱ|ርክጥ burect, ቆ|ሰህ
= קובע.

*) Quam LUDOLFUS hist. aeth. 1, 15, 39 horridam et obscuram, fusco Aethiopum colori bene respondentem vocat.

Not. 2. Falso prorsus ultimam gutturalem sexti ordinis sonantem a Ludolfo reddi, v. infra §. 4.

Not. 3. Sin accedunt affixa a consonante incipientia, ultimam mobilem fieri, non in exceptionibus cum Ludolfo ponendum est, sed ex regula 2) intelligendum, ut ሕዝሐ, hezb, ሕዝ|ሐሕ hezb^e cha.

Pluribus sexti ordinis literis concurrentibus, ut ደልቅልቅ, ተፋሠሕተ, ex formarum cognitione repetendum est, ubi nova syllaba incipiat. Quod cum Ludolfus regulis efficere vellet, rem multo obscuriorem reddidit.

CAP. II. De mutationibus, quae literarum concursu fiunt.

(LUDOLF. cap. IX.)

§. 4. Gutturales s. literae cum hiatu efferendae.

LUDOLFUS de his exposuit canone *quarto* et *quinto* (p. 18). Sed hi eodem vitio laborant, quo canones de sexto vocalium ordine, ut scripturam tantum respiciant, ad veram rei rationem perspiciendam parum faciant, et, ut libere dicam, LUDOLFUS gutturalium naturam parum perspexisse videtur, ut cernere licet ex duobus praeceptis non h. l., sed cap. 2, 5 pro-
latis: 1) servandum esse hiatum, 2) gutturalem in fine syllabae vocali *e* pronunciandam esse, ut ስጻህ *sema-e*, ደጎዘሕ *jensa-e*, quorum primum minus verum, alterum vero falsissimum esse puto. Ipse ejusmodi gutturalem *mutam* esse can. IV praecipit, unde intelligas, quam certa sit ejus pronunciandi ratio, et quam bene in ejus auctoritate acquiescas. Mirum hoc videri debet in viro *γραμματικωτατος*, eoque pronunciationis alioquin tam diligente et subtili observatore, qui linguam ab Aethiope suo vivam audiverit. Atque hoc diu me in ejus fide detinuit, quominus aliquid emendare et meis ipsius rationibus fidere auderem. Sed tum ipse fatetur, genuinam linguae aethiopicae pronunciationem apud Habessinos deperiisse (v. praef. ad Lex.), tum vero, quod majus est, amharicae linguae pronunciationi, quae multa rectius docuisset, prorsus nihil tribuisse videtur, orthographiae, quam tamen etymologiae non pronunciationis studiosam esse patet, unice obsequens. Hoc praefandum esse putavi, ne quis temere me ab illius auctoritate defecisse et ad proprii ingenii conjecturas confugisse putet.

Tota res a gutturalium natura repetenda videtur. Quas quoniam apud Aethiopes *meros spiritus* esse diximus, omni gulae rasura carentes, haec duo facile patebunt: 1) audiri eas non posse, nisi sequatur vocalis h. e. *in principio syllabae*, sed in fine *mutas* esse; 2) quoniam requirunt oris hiatum et gulae quasi ictum, *in principio vocis* praecipue locum habent, sed *in media voce* pronunciationi moram faciunt h. e. *hiatum efficiunt*, nulli non linguae ingra-

tum visum, ideoque pronunciandi festinatione sublatum. Conferendi imprimis Graeci, quos spiritum quemvis e media voce expulisse constat. His igitur positis sequentes de gutturalium mutationibus canones facile intelligentur:

1) vocali *a* fere *longá* gaudent, ita ut a librariis ferme promiscue cum primi et quarti ordinis vocali scribantur.*) Hinc fit a) ut penultima gutturalis in verbis tonum ad se trahat, ut ተላካሐ taahâza pro taáhaza (LUDOLF. I, 7, 5); b) si gutturalis elisa sit, longum *a* remaneat, vel scriptio, ut in amhar. ሰጫ ex ሰጫፀ, vel pronunciatione (vid. ad 5.); c) ut formam verborum ቦረረ sequantur in derivatis, errorem faciente pronunciatione, ut ሐቆረ pro ሐቆረ ad instar ሱሪኬ a ሳረከ, cf. inf. amhar. ጫረሰ pro ጫረሰ ad instar ጫረከ a ሳረከ.

2) in *principio vocis* sine vocali positae pro schevate plenam vocalem sibi assumunt *e*, quasi fortiolem sonum requirentes, ut ሸረከብ ērakkeb (v. supra §. 5, 4, 2.)

3) in *media voce* syllabam incipientes cum hiatum faciant, huic rei varia medela adhibetur

a) plerumque *pronunciando absorbentur* una cum vocali praecedente. In scribendo autem plerumque retinetur hiatus, sublata tantum vocali praecedente et in sexto ordine posita ለሸት benta, ዘሸንለ senbala, ሰጫፀ samā pro same'a, amhar. ሰጫ, ጫጸሸ mazu, amhar. ጫ (hebr. מֵזֶז), ሸገሐሸ pro ሸገሐሸ agbā pro agbaa, ሸትሐፀሐ astabava (non astabauha) pro — bavaha. Idem fieri putandum est, ubi *vocalis nulla praecedit*, ut ሸትጫረ asta-māra, cf. amhar. ጫቆሐ ex ጫቆሐ, ጫቆጫ pro ጫቆጫ (gramm. amh. I, 8. p. 17), ተዋሸሰ = aeth. ተዋሸሰ, cf. nom. pr. Amara pro Amhara.

Eadem hiatus fuga in caeteris dialectis observatur, ac frequentissime quidem in litera Aleph Hebraeorum et Aramaeorum (ut quae sola hiatum faciat, gulae rasura carens), quod *simili modo ex vocali retracta* cognoscitur, literâ ipsâ ut apud Aethiopes in scribendo servatâ, ut ሸገጐ pro ሸገጐ, hebr. et chald. מֵזֶז, מֵזֶז pro מֵזֶז, מֵזֶז.***) Idem contingit in Hebraeorum, ut ሸጐጐ pro ሸጐጐ, in *crasi* praecipue, quod genus latissime patet, ut ሸጐ ሸጐ havu, ሸጐ ሸጐ mani. Arabes hiatui literae Eliph alio modo mederi solent (vid. infra d.), in

*) LUDOLF. I, 5. p. 9. coll. cap. 10 de Antithesi; lib. II, 2 de conjug. 3, 4. 8. cap. 7, 8 inde in canonibus plane nullam ejus mentionem de ሸ characterist.

**) Cf. LUDOLF. I, 5 p. 13, ubi frequentissi-

***) GESEN. *Lehrgeb.* §. 40, 2.

litera Ain vero hanc nostram rationem sequi videntur, velut *يُوعِد* *javed* pro *jau'ed* *). Ex latinis cf. *mí* pro *míhi*, *comprendo* pro *comprehendo*. Ex graecis huc pertinet locus de elisione, contractione et crasi, quam grammatici antiqui *synaloephes* nomine complectebantur, ratione non absurda. **).

b) vocali *a* vel *e* praeditae si servantur, praecedentem vocalem brevem vocali suae assimilant, quia haud dubie sic hiatus minuitur, ut exoriat *vel a'a vel e'e* ***), quae formae fere promiscue in verbis usurpantur, ut *ܐܗܘܐ* et *ܐܗܘܐ*, euphonica, ut puto, ratione. Ita *ܐܗܘܐ* pro *ܐܗܘܐ*, *ܘܗܘܐ* fem. a *ܘܗܘܐ*, *ܐܗܘܐ* pro *ܐܗܘܐ*, *ܘܗܘܐ* pro *ܘܗܘܐ*. Alterius formae exempla sunt *ܐܗܘܐ* *mehera* pro *ܐܗܘܐ* *mahera*, *ܘܗܘܐ* pro *ܘܗܘܐ*, *ܘܗܘܐ* pro *ܘܗܘܐ*. Sed fateor mihi hanc rationem suspectam esse, tum quia sic euphoniae non admodum consultum est, tum vero quod in his saepius syncopen expressam deprehendo, ut *ܘܗܘܐ* pro *ܘܗܘܐ* ex *ܘܗܘܐ*, et *ܘܗܘܐ* pro *ܘܗܘܐ* ex *ܘܗܘܐ*, unde suspicor, gutturalem in his plerumque pronunciando absorbendam esse, vocales vero in *e* longum coalescere, quemadmodum in lingua hebraea fieri solet, & in quietem missâ, ut *ܘܗܘܐ* pro *ܘܗܘܐ* et hoc ex *ܘܗܘܐ*, *ܘܗܘܐ* pro *ܘܗܘܐ*, *ܘܗܘܐ* pro *ܘܗܘܐ* ex *ܘܗܘܐ*.

c) interdum *hiatus servatur producta vocali praecedente*, quae quasi fulcro sit, ut *ܘܗܘܐ* pro *ܘܗܘܐ* ex *ܘܗܘܐ*, *ܘܗܘܐ* pro *ܘܗܘܐ* ex *ܘܗܘܐ* (scilicet ne forma defect. prima rad., absorptâ in super gutturali, nimis exilis fiat). Similiter affixum *U* si servat gutturalem suam, *a* longum ante se requirit, ut *ܘܗܘܐ* et — *ܘ* ex *ܘܘ*, cf. hebr. *והוא* et *והוא*.

d) particula negativa *ܐܘܐ*, si praecedit *ܐ* characteristicum vel praeformantem, *hiatu ejectione simul inseritur* *ܐ*, suadente euphonia, ut *ܐܘܐܘܐ* pro *ܐܘܐܘܐ*, *ܐܘܐܘܐ* pro *ܐܘܐܘܐ* (LUDOLF. II, 7, 3. p. 40). Usitatus hoc est apud Syros et Arabes, qui ad molliendum hia-

*) HERBIN principes p. 92. praef. IV.

**) Nonnunquam orthographia pronunciationem secuta est; aut *omissa* gutturali (quam „vitiiosam *syncopen*“ appellat LUDOLFUS cap. X), ut *ܘܗܘܐ* ex *ܘܗܘܐ*, *ܘܗܘܐ* pro *ܘܗܘܐ*, *ܘܗܘܐ* pro *ܘܗܘܐ* (cf. *ܘܗܘܐ* pro *ܘܗܘܐ*, quod ex *ܘܗܘܐ*, *ܘܗܘܐ* pro *ܘܗܘܐ*, et ex craseos genere *ܘܗܘܐ* pro *ܘܗܘܐ*, chald. *ܘܗܘܐ* pro *ܘܗܘܐ* GESEN.

Lehrgeb. §. 34, 2); aut *servatâ*, sed *in quietem ablegatâ*, ad modum orthographiae hebraicae et aram., ut *ܘܗܘܐ* pro *ܘܗܘܐ*, *ܘܗܘܐ* pro — *ܘܗܘܐ*, etiam in contrariam partem interdum, ut *ܘܗܘܐ* pro *ܘܗܘܐ* et alia, quae vitiiosam *metathesin* nuncupat LUDOLF. l. c.

***) Cf. hebr. *קחי*, leg. *Kihi*, *קחי* *deeh*, GESEN. *Lehrgeb.* §. 14, 4. Porro *קחי*, *קחי* etc.

